



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres

Gulielmus, Janus

Antverpiae, M. D. LXXXII.

Cap. XXII. Martialis aliquot locis emendatus. Biura.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70877](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70877)

Ita omnes libri, cūm perspicuè verum sit, *ms.*
annis post quem.

CAPVT XXI.

Tria Varronis fragmenta apud Nonium composita.

DONATVS Probum ait memoriae prodūm
 M. Varrone traditum pueros initiari solitos: *ms.*
 & Potinae & Cubae diuis edendi, & bibendi
 bandi. vbi primūm ex cunis & à lacte transierunt
 vbi scriptum reliquisset Varro quæsi, & in
 Nonij tribus locis discerptam hanc partem
 educandis liberos, quem Catonem inscribit. *ms.*
 quod Catonem sequeretur plurimum. is enim
 quoque de re præcepta perscribit. Ea ita com
 Cūm primò cibo & potione initiarent pueros sacrificia
 ab edulibus Edusa. à potione Potina iurici. Sic cūm
 fari incipiebant, sacrificabant Dio Fabulino; ali, Stat
 Statilino, quorum nomina habent scripta pontifices. *ms.*
 que verò dūbito quin eodem hoc loco de Cubae
 que meminerit; cuius tamen rei in ruderibus *ms.*
 nis vestigium, quod sciam, nullum exstat.

CAPVT XXII.

Martialis aliquot locis emendatus. Bivira.

MARTIALIS libro v. epigrammate xxii.

Quintum pro Decimo, pro Crasso, Regule, Marci

Ante salutabat rhetor Apollonius:

Nunc vtrumque suo resalutat nomine quantum

Cura labor que potest, scripsit & edidit.

ms. Macrum. Incidebat enim iste quisquis fuit
 tor in contraria, hesitantē memoria; & agebat

Ant. Mu
 Varian Lec
 LIII
 28

nam, quod Crassi & Macri eiusdem gentis sint; vtri-
que enim Licinij.

Epigrammate III. libri VI.

*Nascere Dardanio promissum nomen Iulo
Vera deum soboles: nascere magne puer.*

Ms. *promissum numen*. Significat imperatorem
Domitiani filium: nam ij tantum consecra-
ntur. Vnde nota vox *Soveri Imp.* mirari se fatum
filiij, cui astra diuinitatem promitterent, spem
imperandi adimerent.

Epigrammate XI.

Quod non sit Pylades hoc tempore, non sit Orestes.

Miraris? Pylades Marce bibebat idem.

Nec melior panis turdusue dabatur Orestis:

Sed par atque eadem cæna duobus erat.

Ms. *Nec melior rhombus. rectius: & id probat, quod sub-
ter diuersum genus luxus in volucris.*

Epigrammate XXXIII.

Inguina succinctus nigra tibi seruus aluta

Stat, quoties calidis tota foueris aquis.

Sed meus ut de me taceam, Lecania, seruus

Iudæum nulla sub cute pondus habet.

Sed nudi tecum iuuenesque senesque laudamur.

An sola est serui mentula vera tui?

Verfu quarto planè legendum, *mentus*: pro non, ut sæ-
pillimè Latini. Sexto arbitror reponendum:

An sola est serui mentula verpa tui?

Eam enim causam sui tegendi eam alij nescio cui-
us, Martialis tibi indicat.

Epigrammate LXXII.

Hinc vidua Cybeles, illinc sacra ara Vestæ,

Inde nouum, veterem prospicis inde Iouem.

libri scripti, *bivie Cybeles*. an fallor? an scribitis Metatialis *biuire*, tum eam vocem vt explicaret Geminianus adiecit, *hoc est vidue*; eaque glossa in libros poetarum irsebit. Vix est, vt hoc mihi possit eripi. Non *biuiras viduas* Latine dici Nonius docet adducto exemplo Varronis: *Ad biuiram venio, cum vellem ostendere quid vellem Metanelos inconstantia filius me reprehendit*.

CAPVT XXIII.

Pompa. Nihil amare. Cassa specula, terricula. Matri scitior. Muli. Cistellaria Plauti explicata, emendata.

CISTELLARIA Plauti prima statim fabulablenium quarenti Lemniselenæ quo ad illam per Alcesimarchus insinuasset, respondet: *per Dionysium Mater pompam me spectatum duxit.*

In quibus verbis poeta consuetudine sua ambigere elegantius luisse videtur. *pompam* enim aut apparatum sacrificij intelligere licet, vt aliàs fere; aut ipsius Silenium. ad quod exemplum id Milite à paratodicitur:

— *que me amba obsecrauerint,
Vt te hodie quasi pompam illac praterducerem.*

Et voluit fortasse notare mores mulierum, quæ verissimè Naso canit, ad huiusmodi sollempnia

Spectatum veniunt, veniunt spectentur vt ipsæ.

Eadem scena aliquot versibus post, cum puella matrem sibi iratam diceret, quod domum se non recepisset, ex quo ducendam Alcesimarcho uxorem iudicasset, subiicit eadem lena; *Nihil amare inuenimus* quæ verba subobscura, & nisi fallor, perperam hæcenus accepta sunt. Ego arbitror hoc velle; non mirum esse, si mater irata sit. iniuriam enim accipere à filia,

Ant. Mus
Varia Lec
LIII
28